

Universitätsbibliothek Wuppertal

C. Cornelii Taciti Opera Qvæ Exstant

Tacitus, Cornelius

Antverpiae, 1668

Vorwort (von 1605)

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-1742](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-1742)

ALLOCVTIO ITERATA ET NOVISSIMA.



SCRIPTOR hic est, Lector, quem ego me produxisse tuo bono & lator, & panem iacto: certe neque notum satis antea, neque luce aut medicinam dignam (egebant autem) donatum. Magnus scriptor est, & qui proprie facit magnis: id est, ijs qui tractant reipublicam, aut à consilijs monitisque tractanti adsunt. Quae pars prudentia est, militaris siue civilis; quis affectus hominum, etsi occultus; qui casus aut eventus rerum, quos iste non palam aperit, aut sub velo ostendit? Audeo & debeo asserere, hunc hominem videri in altam quendam speculam rerum humanarum fuisse: & illinc gnarum scientemque proclamare, Hoc caue, hoc facito: Iuuabit, aut laedet: Ille & ille effectus erit. Sicut nauta in apicem mali submittere exploratorem solent, contra aduentores subitos, contra scopulos, vada, terram: sic istum habere licet, aduersus pericula, eundem ad felicia incepta & inoffensum rerum cursum. Non est in Graecis aut Latinis, & fidenter dicam non erit, qui prudentia omnigena laude huic se compareret: adeo non veremur, nequis anteponat. Singula pagina, quid pagina? singula linea dogmata, consilia, monita sunt: sed breuia saepe aut occulta, & opus sagace quadam mente ad odorandum & assequendum. Sicut non omnes canes feram; non item lectores virtutes huius dotisque aut indagant, aut captent. Viris opus est, & cum ingenij quadam subtilitate, iudicij rectitudine: & ut verbo dicam, natura bonitate. Qui non habet, me audiat, & res alias agat. Sed de auctore omitto: (& satis ille se laudat:) de operam meam dicam. Iam anni triginta sex sunt, cum adolescens Roma animum huc intendi, & libros veteres comparavi, ut melior illustriorque per me prodiret. Grande opus, in illa aetate: sed animus vel Deus impulit: & idem dedit, etsi gradatim, perfecisse. Nam primum Notis illustravi, Coloniensi secessu à nostris turbis: largius deinde, & pleno Commentario, Lugduni in Batavis; iterum secessu. Nam dicere, si non queri, liceat: aetas mea in hoc aui patriamque turbidum incidit, ut pacem & quietem nomine magis, quam rem nouerim: & inter assiduos fluctus aut pericula, ab adolescentia perueniui ad senectutem. In Batavis igitur Commentarium dedi, & non displicuisse passim in Europa vidi, * ἡ καὶ μὴδὲν ἐπαχθὲς λέγω. Non, inquam, displicuisse: & multos deinde, quasi muscas, ad odorem bonae fama conuolasse, & in eodem mustaceo, quod dicitur, lauream quasiuissse. Quosdam ex ijs modestos, bonae frugis, & qui pro parte symbolam contulerunt: quosdam
alios,

* ut nihil
odiosum
dicam.

* maculam
inure,
* amentiam
& inscitiam.

* exacte in-
quirere &
exsequi:
* sunt infana-
bilia.

* acquiescere

* in Criticis
non iudican-
dalis, &
turbatio.

* verba duce-
re & trium-
phare.

* Fatidici
audite hæc
præfata ora-
cula Phœbi.

* curas

alios, & qui illudere aut inequitare studium haberent, & aliena fama
* μάμνον, ut ille ait, ἀνάψαι. Illos amari, hos tuli: & multorum* ἀνοικῶν καὶ
ἀνοικῶν silentio & patientiâ dissimulaui. Stringere gladium si libuisset; quàm
multos procline mihi fuit abijcere aut repellere, qui etiam nunc modestiam
meam victoriam suam ducunt? Sed illi viderint: aut potius meliores
mentes viderint, quorum iudicij & censura libenter facimus hæc & alia
nostra scripta. Ego sine iactantiâ scio & effero, pauca esse quæ excusent, ple-
raque in quibus possim gloriari. Neque tamen omnia licuit aut libuit
* ἀκελολογεῖν καὶ διεξέχειν: & loca quadam, sine aliorum ope codicum,
* ἔχειν ἀνάτως. Sed & quadam in re aut historiâ tenebras habent, huius ani-
face vix illustrandas. Quid tamen refert? plurima aut præcipua cum sana
sive illustrata sunt, * εἰεργεῖν oportet, & ad fructus in hac & simili lectione,
non ad folia ire. Utinam faciant! utinam non perseueret ista * ἐν τοῖς
χειρικοῖς ἀκελῶς τις εἴη & ταραχῆ! in quâ ego rideam magis nescio, an indignor.
De monito, de prudentiâ, pauci quarunt aut satagunt: ubi verbi aut
scriptiuncula res est, hîc lubet * λόγος πλάττειν ἢ πομπάειν. Dii boni, quàm
inquietum & vanum est homo, cui scientia opinio lenocinatur & applaudit!
Itaque hi tales velut è tripode profantur:

* Κέλνυτε μαυλῶν τὸδε θεσφάτον Ἀπόλλωνος.

Iidem in alios incurrununt, morbo non causâ: & citius in naui lignum desi-
deres, quàm conuicium in eorum scriptis. Gaudent pugnâ: & sicut Symple-
gades olim assiduè collisa, sic inter se isti. Non enim mecum hercules. non: caui
sedulo, & magis hoc studui, industriâ in scribendo, modestiâ in tractando,
extra ambitum, nec extra gloriam esse. Quod si quis non dicam meliora,
sed paria aut probabilia saltem attulit: ego ille fui, qui libens sustuli, qui
ostentavi, & scripta mea hæc ipsa dicent. Neque enim negamus, alios utili-
ter allaborasse, & quamquam nos primi aut præcipui viam munuimus,
illos etiam adiunisse ad complanandum, aut emuniendum. Hoc in paucis,
sed bonis Notis, è Galliâ Iosias Mercerus fecit; hoc Curtius Pichena ab Ita-
liâ, sed & è Britannîâ contulit Sauillus. Pichena tamen super omnes, adiu-
tus à Florentino bona nota codice, qui in Medicâ bibliothecâ asservatur,
& qui continetis circiter locis coniecturas nostras (quod gaudeam) confirma-
uit. His talibus, & pluribus à me adiumentis, nunc postremam hæc Ta-
citi editionem damus: nec aliam à me expecta, siue quia animus aliò vocat,
siue quia valetudo ab omni tali operâ remouet, & ad extremas quas-
dam * μελετὰς ducit. Ego pareo: tu scito me hîc & Textum longè melio-
rem, scitiûsque distinctum dedisse, & ipsis Commentarijs multa addi-
disse, coniecturas aut scholia; atque etiam in Historias Notis. Quadam
tamen & subduxisse, aut certè seposuisse in finem Commentarij, quò inter-
dum remitteris sub EXCURSVM voce. Quid ij sunt? Oberiores nota

ant

aut dissertatiuncula, olim inserta, super ritu aliquo veteri, aut facta: qua
 etsi ad Tacitum, tamen turbatura nunc instituti nostri ordinem videban-
 tur, neque Textui aptè sic innecti aut subiungi. Igitur abiungere, & ad ex-
 remittere Lectorem, satis nobis visum: praesertim cum inuenire ac legere,
 promptum volenti esset. In istis aut aliis, ADDITIO interdum adicitur:
 qua significat è CVRIS SECVNDIS hoc esse, quas olim dedimus seorsim.
 Sed & bonà fide quadam eiecimus, id est correximus, aut sententiam muta-
 uimus: neque id pudendum est, quia, ut ille ait, qui saepè nauigat, aliquan-
 do patitur tempestates: & in multiplici aut longâ scriptione, opus in-
 teruenire aberrationes, siue * ἀποτυχίας. Humanum est, ignosce: turpe perse-
 uerare, aut defendere. quod non fecimus, & aliena iudicia non libenter
 audire tantum solemus, sed & saepè auscultare. Tantum est. te uti frui cu-
 pio, Lector: sed imprimis Tacito ipso, & altius aliquid firmissque, quàm
 Criticorum siue & Grammaticorum has curas, spirare. Non enim ad
 ista, sed per ista, imus. Louanij, xv. Kal. Septembr. anno Christiano
 ∞ . M . CC . V . aetatis meae quinquagesimo octauo, minus mensibus duobus.

* frustra-
tiones.



C. COR.